

- A. 179 quem uoluerint eis debeant consignare (19). Et sicut omnes uel maior pars eorum (20) in concordia uenerint (21), ita patroni nauem debeant saornare sub pena uiginti (22) soldorum denariorum uenecialium (23) pro quolibet miliario de eo quod nauis fuerit extimata; que pena in nostrum comune deueniat. Et patroni, antequam nauis sit saornata, non possint nec (24) debeant caricum recipere nec inbolium, nisi cum uoluntate et consensu supradictorum (25) uel maioris partis eorum, sub pena predicta. Et si ille quintus (26), uel aliquis quatuor supradictorum, ad saornandum nauem (27) esse recusauerit, rectores nostri (28) illius loci in quo nauis fuerit debeant et possint (29) illi uel illis penam quam uoluerint imponere (30) et auferre. Et si nauis fuerit in loco in quo rectoria (31) pro nobis [et] comuni Ueneciarum non fuerit, et aliquis supradictorum (32) ad saornandum nauem esse recusauerit, penam uigintiquinque librarum denariorum uenecialium (33) incurrat; que pena in nostrum comune deueniat (34). Hoc intelligimus in naue et in quolibet ligno cooperto (35).

Stat. Tiep. A, 3.

(19) assignare — (20) ipsorum — (21) uenerit — (22) XX — (23) uenet. — (24) neque — (25) de consensu et uoluntate predictorum — (26) q. i. — (27) illorum supradictorum q. a. n. s. — (28) recusabit, rector noster — (29) debeat et possit — (30) imponere quam uoluerit — (31) rector — (32) et a. *omesso*, predictorum — (33) librarum XXV — (34) d. in. n. c. — (35) Et intelligimus hoc de n. et l. q. cooperto.

III. *Qualiter iurare debent illi qui saornabunt naues et alia ligna de saornandis ipsis legaliter et bona fide* (1).

Mandamus ut (2) omnes predicti qui naues saornabunt astringantur sacramento quod ipsam nauem bona

*Var. in Q* (1): *Quod astringantur sacramento qui in saornanda naue fuerint electi.* — (2) quod —